



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

40. Historia recens de admiranda cuiusdam defuncti apparitione excerpta
ex literis Ven. D. Ioannis N. ex qua elucescit auitæ et Catholicæ religionis
veritas, et quantoperè defunctis prosint suffragia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

288

COLLATION. SACRAR
crepusculo vespertino subsequētis dici in no-
tētem iam inclinato fratribus conuocatis, vita
præsentis metas in se decursas esse pronuncia-
uit. Et ideo psalmodiæ eos insistere, precibus
omnimodis postulauit. Antiphonas omnes,
& psalmorum initia quasi præcentor ordiens,
pro se fecit decantari. His igitur finitis, paulu-
lum respirauit: fratribus ad sua stirra redeun-
tibus, huc illucque deambulando estuans, im-
minente velocitate transitus sui, decidit in le-
gulum, sumptuque viatico, ultimam huius
instabilis vitæ clausit horam. Hæc sunt quæ
nos confratres eius & venturis & lecturis te-
stamur: veraque esse cognoscimus.

Historia recens de admiranda cuiusdam defuncti ap-
paritione, excerpta ex literis Ven. D. Ioannis N. ex
qua elucescit autem ei Catholicæ religionis veritas,
& quantoperè defunctis profici suffragia viatorum.

CAP. XL.

R Espōsum abs te soror, ad postremas mes-
literas audiē exspectans, prætermittere nō
potui, quin te stupendi cuiusdam miraculi,
quod hic Syluæducis his diebus contigit in æ-
dibus Dominæ Vlerdæsis, quamprimum cer-
tiorē facere, præsertim cùm id negotiū mili
ab aliis demandatum sit. Historia nec ficta est,
nec somnium, sed reuera contigit iam præter-
lapsio die 23. Nouembris, quo nimirum frater
nostrus maritus tuus eadem forma & vestibus,
quibus cùm postremo Syluæducis esset, indu-

R
n no-
s, vita-
nici-
cibus
nnes,
tienst
auli-
deun-
s. Im-
in le-
uius
et quas
is te-
ti ap-
N. ex-
itas,
uerh-

meas
(enō
culi,
in &
a cer-
mili-
a est,
ter-
ratus
bus,
ndu-
sus

LIBER VIII.

997

aus fuit, nigro videlicet pallio, holosericis ca-
ligis, aperto capite, iunctis manibus apparuit
diuersis & locis, & temporibus ancillæ fami-
liae, cuius supra mentionem fecimus. Tandem
pallium remouens, horrendam flammam ignis,
& oculos quasi flammatum & lumen emitten-
tes ostendit. Quod ancilla videns, præ timore
in defectum animi incidit. Filia & carum a-
mita, quæ præsentes erant, cum ex famula pa-
trem suum esse intelligerent, vnicè ab eo con-
tenderunt, ut timore isthoc deposito, cum à
Deóne, an aliundè veniret, & an humana ope-
riuari queat, rogaret. Illa autem præ timore
non potuit. Consulunt super hac re D. Heltiū,
& Ecclesiæ Pastores. Vnus, rogandū esse quid
peteret, arbitrabatur, alij in contraria erant o-
pinione, quod somnia & nugae putarentur.
Meā sententiā, rogandum erat, quid venisset,
auxiliumque promittendum, si legitimis mo-
dis præstari posset. Nobis de his rebus delibe-
rantibus, eccè rursus in forma qua primò, sci-
licet non horrenda apparuit, dicens: Quid non
iuuas me? quare times? Nihil tibi fiet. Illa re-
spondit: Non habeo ob summam trepidatio-
nem copiam auxilij. Hæc feria secunda prima
luce contigerunt. Apparuit deinde ad nonam
& decimam nihil dicens, verùm grauiter su-
spiria ducens, ac demum hora eiusdem dici se-
cunda, dixit: Quid non iuuas me? Illa dixit:
Parata sum te iuuare omnibus modis, quibus

Tt per

990 COLLATION. SACRAR.
per Catholicam Ecclesiam licet. Respondit ille; hoc est quod hactenus exspectau. Et dedu-
cta è cubiculo in atrium, rogauit ut sacra quæ
pro defunctis fieri consueuerunt, tria celebra-
ri curaret. Atque ut se Orschotum conferens,
istic ad altare S. Crucis semilestertium offer-
ret, quod ipse cum infirmus aliquando promi-
sseret, se 'oblaturum' neglexerat. Consolatus,
deinde eam petiuit, ut omnem timorem abi-
ceret, quoniam ipse comitaretur. Petens præ-
terea, ut filiabus & fratri diceret, ut pro se ora-
tum abiit ad implendum eius desiderium. Ille
vero, uti promiserat, nunquam eam reliquit,
imò & præiuit eam in domum usque ad cubi-
culum, atque inde in templū ad altare S. Cru-
cis. Ibi uterque flexis poplitibus orauit. Illa
nesciens ubi oblationem suā relinqueret, du-
colum oblationum, cui eandem imposuit. Fe-
co miscens sermonem, quanquam sepè manè
bus iunctis se ostendebat. Die sabbati manè ei
è somno excitauit, præcepitque ut induita ve-
stibus, in æde D. Ioannis ante Ven. Sacramen-
tum aliquid offerret. Ipse enim hoc aliquando,
cum Syluæducis pacis inter ciues cōponendæ
causa esset, voverat. Quo peracto, rediit circi-
ter medium quartæ eiusdem diei, & excitauit
eam dicēs: Festina, tempus meū hīc breue est.

Cum.

LIBER VIII.

992

Cumque illa se induendo occuparetur, rursus dixit: Festina, non dum huc ero. Moxq; precessit in atrium, in quo summa fuit claritas, &c petiuit, vt ipsa pro Missis celebratis exsolueret in plura eleemosyna. Adhac mandauit fratri dici, vt in fide Catholica persueraret constans, qualem eum esse nō dubitabat quidem, monere se tamen id in primis aiebat, quod vita mortalium variis ut rerū vicissitudinibus & fluctuationibus exposita, sicut ipse per experientiam didicisset, dum aliquando de Catholicæ religionis veritate dubitaret, quod ipsi grauiſſimæ pœnæ causa & principium fuerit. Idem & filiabus suis dici petiuit, vtque amita suæ vestigiis iugiter insisterent: monens intuper, ut sine intermissione pro defunctis fidelibus orarent. Si enim sentiremus in quibus essent peccatis, quantumque eisdem preces uiuetium fidelium prosint, nec horam, imo nec momētum quidem sine eorum memoria uiueremus. Subiuxit quoque pœnarum suarum tempus fuisse quinque annorum, sed quatuor annorum, totidemque dierum pœnas se per amicorum preces euafisse, iamq; in perpetuum esse seruatum: gratias agens sororibus quibusdam Boxtellensis pro suis precibus. Monebat etiam Dominam Vlierensem, vt testamentū suum in columnis existens faceret, ne in articulo mortis eo condendo occuparetur, sed soli Deo tunc vacare posset. Petebat insuper à fra-

Tt 2 tre

993 COLLATION. SACRARI
tre, vxori ut nuntiaret, ut cum filii suis omnes
excoleret concordiam, ne & illi aliquando idem
contingat quod sibi Rogatus de statu quorun-
dam defunctorum, respondit se nihil aperire
posse, quia a Deo sibi non esset concessum, hoc
tamen addens, ut pro talibus sine intermissione
sorarent. Demum actis tam ancillarum quam
omnibus qui pro se orauerant gratis, suam
vicissim operam illis promittens, cum magno
splendore iunctis manibus in celum perpetuo
beatus (ut equidem non ambigo) ferobatur.

Habes breuiter quae hic hisce diebus, cum
multis aliis circumstantiis, quas referre longum
esset, contigerunt, quae non fabulae amiles, aut
sonnia sunt, sed reuera sic se res habet, quod
iurciurando, & testimonio totius familie, si
res exposcit, confirmabitur. Atque haec ideo
tibi scripsi, ut vna nobiscum gaudias: mihi e-
nam prodigio simillimum, quod nos de fra-
stra & Catholica religione nos confirmat,
quodque non alia sit sectanda religio, nisi illa
sola, quam a S. Romana & Apostolica Eccle-
sia, iam inde ab Apostolorum temporibus ad
Christus sacri oris sui oraculo plantauit, Apo-
stoli tradiderunt, Martyres sanguinis sui testi-
monio, configurarunt, vniuersa yno ore docet
atque obseruat per totum terrarum orbem Ec-
clesia Catholica. Spero vos aliosque amicos
nostros

nostros huius historiæ relatione plurimum in
fide stabiliendos, cunctosque horum tempo-
rum nouos & perniciosos errores facile repu-
diaturos, qui tam multos, prò dolor, in æternæ
damnationis voraginem præcipitant. Vale.
Cursim Syluæducis 11. Decemb. anno 1581.

*Historia recens & memorabilis, de quodam Arnoldo
Huberto, qui post triduanā extasim, admirāda se vi-
disse testatus, venientes ad se erudiebat ad pietatem.*

CAP. XLI.

CVM circa annum dominicæ incarnationis 1559. in pago Burmalfeno comitatus Burani, qui est feudum Ducatus Geldriæ, pe-
stis graftaretur, Arnoldus Hubertus, nauta,
homo coniugatus, ob vitæ integritatem & iu-
stitiæ opinionem omnibus gratissimus, nocte
quadam diuinitus compellatus, mox uxorem
excitat. Surge, inquit, ego vocor. Illa quid cau-
se esset, interrogante, ipsoque instanter respon-
dente, se vocari, velleque suscipere Sacramen-
ta Ecclesiastica, surgunt ambo, Ecclesiam ad-
eunt. Quæ cùm noctu ex more clausa esset, co-
rā Crucifixo ante valvas Ecclesiæ erecto pro-
stratus, diutissim oravit idem Arnoldus. In-
terim excitatus Parochus aduenit, cui confi-
tetur, admittiturque ad participationem diuinorum mysteriorum. Quibus perceptis, do-
mum reuersus, incidit in extasim, aut velut
quoddam animæ deliquiū, ita ut vix eo tem-
pore discerni posset, viuerētne an esset mor-

Tt 3 tuus.